



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Animae Illvstres Ivliae Cliviae Montivm Marchiae
Ravenspurgi Morsae Annexarvmqve Provinciarvm E
Monvmentis Calamo R. P. Theodori Rhay. Societatis Iesv
Redivivae**

Rhay, Theodor

Neobvrgi Ad Danvbium, 1663

XX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10835

stans vox: *Mala non obesse, nisi malis; Bona non prodesse nisi bonis.* probè enim tenebat, manum Dei incognitam quidem nobis, nunquam tamen malam (vtpote semper Paternam) esse posse, eundemque felicitati terrenæ amaritudines miscere, ut illa quærat^r felicitas, cuius dulcedo non est fallax, quam in votis habens, ubique Religionis & munificentiaæ suæ monumentis relictis, mortalitatem A. C. 1394. pestiferâ lue exuit, dum munitissimam arcem P^AD^TB^ER^G ab hostibus Ecclesiæ inessam obsidione premeret, & à successore *Ioanne Episcopo ab HOIA*, eius tandem à morte captam. Monumentum & quietem in Ecclesiâ suâ *Patibornæ* reperit.

XX.

Eiusdem meritis (*HOIA*, successore vitâ functo) allectum *Illustrissimum Cathedrale Capitulum*, eius fratrem *GVILIELMUM* 18. annorum *Principem*, *Antistitem* ordine 33, constituit, contra quem dum *Pontifex Romanus BERTRANDVM* *Canonicum Ravennatem* nominat, dubiâ aliquamdiu possessione *GVILIELMVS* usus, tandem legitime confirmatus est, quod *Bertrandus* linguæ *Saxonice* ignarus sese subditis obesse

obesse potius, quàm prodesse notans, duobus acceptis equis, Patriam, unde venerat, repetijt. neque ipse *Guilielmus* Episcopatum constanter administravit, coactus, ad familiæ conservationem A. C. M. CCCXV. resignare, ductâ in uxorem *THEODORICI Archiepiscopi Coloniensis nepte Comitissa Techlenburgiensi*; ut jure hunc orbem nihil stabile possidere, sed continuo in orbem fluere affirmâris.

XXI.

DVobus hisce *fratribus Comitibus*, non in indecorè *Comitem & consanguineum ipsorum* adiungimus *THEODORICVM* ex nobilissimis *MÆRSÆ Dynastis, huius Nominis secundum, Episcopum Padibornensem 34. & Administratorem Halberstadiensem*, Principem vetustissimæ familiæ, multo nomine de Patria meritum, maximis animi & corporis talentis præditus, qualem multis seculis *in togâ & sago* illa *Diœcesis* non vidit, ad omnia vigilantē, non ignarū *plus vigilare esse plus vivere.* quâ tamen vigilantissimâ curâ paternâ cavere non potuit, quò minus alia atq; alia *Dei flagella*, populum eius afficerent: tanta enim, præter grassantes continuo morbos, tempe-

E statum